

omnino cum illo te accedere, cum id facile sumtu
feri posset, sed jam iter parantem morbus subita-
neus et periculosus me retinuit. Itaque te de cito
medici consilio thermas ingressus Badenses recu-
peranda valetudinis gratia nunc hic subsisto,
mediocriter succedente, speroq; me mox conva-
liturum et domum rediturum ad officium. Me
uosq; tibi commendo. Habeo operam, ut quanto-
cius te accedam. Vale in Dñs. Badend die
27. Aug. 1615.

197.

Car. D. Patris Jacobus Medus S. in Chrō.
En reverende et clarissime Domine Doctor
Domine et frater honorande, tandem aliquando
clarissimi Doctoris Roberti Abbati ad tuas re-
sponsam. Reverendissimus et Illustrissimus D.
Archiepiscopus Antuariensis te plurimum sa-
lutat, quod autem non scripserit, se excusat,
eo quod ingentibus negotiis adeo semper implica-
tus sit, ut revera vix illi tempus liberum permit-
tatur prandendi et coenandi, sicut Nobiliss. Aug.
Plessens, et reverendy Dn. M. Scultety probe no-
verint. Jussit me tamen tibi gratias agere pro
libro tuo, tibiq; significare, se multum et
studium et librum tuum approbare, nec non
etiam se Synodum promoturam pro virili
quantum poterit, Deo dante, modo Rex ter Max.
otium et pacem Ecclesiae ac Reipublicae Christi-
anae ab his turbulentis temporibus sit concessit.
At proh dolor! ~~hic turbulenti~~ in ea tempora
jam incidimus, ut impii et imperare velint
omnibus et eripere libertatem atq; religionem
immo et ipsam vitam, interim tamen hanc suam
cupiditatem sic illos occultare verbis ad speciem
compositis

compositis, ut et pietatis primam laudem sibi debe-
ri et putent et velint. Atamen in bonam Ecclesie
aperuit Deo clementer quaedam illorum consilia,
aperietq; in dies plura. Plurimum satis adscribi-
mus tibi suisq; Doctori Kumpffio, D. Altingio, D. M.
Sculleto, si reversus fuerit ex Marchionatu, et bono
seni D. Milao, si adhuc in vivis sit. Conservat
Deus suos ubiq; hostes vero convertat paternè,
aut iusto suo iudicio perdat. Hic vale et vive,
quam diutissime, quam optime. Raptim foridini
ad eadem D. Gabrielis fani templi 6. Aprilis ibis.

Diploma de nobili gente Toffanorum, Cognom-
mento Grandium ex qua originem ducit Paulus
Toffang Sereniss. Elector Palatinus à Con-
siliis, è Gallico in Latinum sermonem
aversum.

Nos Jacobus de Mersay, Pfectus Marvillae et ditio-
num municipalium, q; sub communi iurisdictione
ont remanserunt, ex parte Serenissimorum Archi-
duum: Johannes Fontang Doming de Sorbey, ma-
ior minorq; nomarcha, Pfectus, q; Nos, et saltuarij
praedictae Marvillae et ditionum communium ex
parte Serenissimi Ducis Lotharingi Johannes
Schrolesbeyler et Lambergh Metzger, Scripturarij
iurati et anti graphi dictorum locorum pducu
Luxemburgico et Barrensi respectivè, omnes custodij
Sigilli Tabulacii pdictae Marvillae:

Notum facimus omnib; ad quos ha pervenit,
Quod cum essemus rogati et iuris officij raver
interpellati ab Amillone juniori, procuratore ca-
narum Melseniam, agente legatum nomine Specta-
bilis viri dñi: Pauli Toffani Consilarii Se-
reniss. et potentiss. Principis Electoris Palatini ut
ipsi testimonium Authenticum daremy statq; et
conditionis familiae Dominorum Toffanorum, cognos-